



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De septem principalibus vitiis. H

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

quæ Dei sunt, usurpare præsumit, indigne participando sacramentis: vel quando nomē Dei peccando contemptibile facit. In proximum peccat, cum proximum iniuste lædit: In se vero, cum non & non aliis nocet.

Quomodo differant delictum & peccatum. G

Variam quoq; appellationem habet. Dicitur n. *Aug. quaest. 20. n. n. lon-* peccatum etiam delictum. Et Delictum fortasse *ge à princi-* est, ut ait Aug. in quaestionibus Leuitici declinare *p. 10. tom. 4.* à bono: Peccatum est, facere malum. Aliud est n. declinare à bono, aliud est facere malum. Peccatum ergo est perpetratio mali, delictum deservio boni, quod & ipsum ostendit nomen. Quid enim aliud sonat delictum, nisi derelictum? & qui delinquit, quid derelinquit, nisi bonum? Vel delictum est quod ignoranter fit, peccatum quod scienter committitur, Indifferenter tamen & peccatum nomine delicti, & delictum nomine peccati appellatur.

De septem principalibus vitiis. H

Præterea sciendum est septem esse vitia capitalia, vel principalia, ut Greg. super Exod. ait, scilicet, Inanē gloriam, Irām, Invidiam, Acediam vel Tristitiam, Avaritiam, Gastimargiam, Luxuriā: *Ibid. paulo inferius. Greg. c. 35. lib. 31. in. ca. Iob. 39. exponens illud exhortationem ducam.* quæ ut ait Ioannes Chryl. significata sunt in septē populis, qui terrā promissionis Israel promissam tenebant. De his quasi septem fontibus cunctæ animarum mortiferæ corruptelæ emanant. Et dicuntur hæc capitalia, quia ex eis oriuntur omnia mala. Nullum enim malum est, quod etiam non ab aliquo horum originem trahat.

De superbia, quæ est radix omnis mali. I

Ex superbia tamē omnia mala oriuntur, & hæc *Greg. ca. 35. li. 31. in cap. Iob. 39.* & alia: quæ ut ait Greg. Radix cuncti mali est superbia. De qua dicitur, Initium omnis peccati est superbia: quæ est amor propriæ excellentiæ. Cuius quatuor sunt species, ut Greg. ait. Prima est, cum *In princip. ca. 15. tom. 4.* bonū quod habet quis, sibi tribuit: Secūda cū credit à